



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo

Zype, Frans van den
Antverpiæ, M. DC. XLV.

Resp. I. Commissio Apostolica nullatenus est excedenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73071)

reg. iur. in 6. & quando actor non potest probare rem suam esse, remanet in suo loco possessio. §. *retinend. inst. de interdicit.* & hic præsumptionem facit donationem Ducis ius aucupandi ex antiqua interpretatione comprehensisse, secundum quod & verborum donationis generalitas probat, & exceptio in non exceptis firmat regulam: & quia decet concessum à Principe beneficium esse mansurum. *c. decet. de reg. iur. in 6.* & id quod nostrum est sine facto nostro ad alium non potest transferri. *l. id quod. D. eod.* nec à quopiam plus iuris in alterum, quam ipsi competat; *c. 79. eod. in 6.* sed is qui in ius succedit alterius eodem, quo ille, uti debet: *c. 46. eod.* sequitur aucupandi facultatem monasterio semel concessam, non potuisse auferri; nec in alium plus iuris potuisse Ducem amplius transferre, quam ipsi iam competeret. sed eum qui oppignoratum nunc possidet dominium altæ iustitiæ eodem tantum iure nunc posse uti, quo Dux potuit post donationem monasterio factam. adeoque oppignorationem ex communi formula factam, seu venditionem, præiudicare non potuisse d. monasterio, aut emptori ius tribuere in re antè monasterio donata: sed tantum actionem ex emto ad præstandam eundem: debereque monasterium relinqui in iure, & possessione aucupandi. ceterum quod spectat ad dominium altæ iustitiæ Duci reservatum, ex d. formula translatum est in C. quondam villicum Ducis, præter illa quæ eadem formula excipit, inter quæ disertè non excipitur venatio ferarum, in d. sylva Duci reservata.

13. Enimvero quamquam per Brabantiam nobiliter cuius venari liceat; tamen aliàs retia tendere, aut ignobiliter venari, nec in fundo quidem suo licet. *Grotius ubi supra.* multis tamen locis pagorum

Domini quilibet in suo districtu ius venandi elocant, retia & laqueos tendi permittunt in rem suam; alijs prohibent: & in huiusmodi elocatione, seu utilitate partem dominici iuris consistere putant. sicut responsum est aucupium venationemque in fructu esse. *l. 26. D. de usufruct.* adeoque & hic dicendum erit hanc dominici iuris partem d. donatione Ducis comprehensam fuisse, atque ideo etiamnum d. monasterio competere.

Quæ de perdicum aucupio diximus; ex iisdem causis tribuenda sunt monasterio, quoad aliarum volucrum nobilium, & quadrupedum venationem; excepta grandiorum ferarum venatione in d. sylva de H. Duci reservata.

Mandati.

RESPONSVM I.

Commissio apostolica nullatenus est excedenda.

Bene, de cuius terminis & intellectu quæsitum fuit, ita habet; *Cum ven. frater Archiepiscopus C. qui nostri & huius sanctæ Sedis Apostolica in Belgicis ditionibus Nuncius munere functus fuit, ad aliam Vices nostram, iussu nostro direxit, Na ne propterea negotia contentiosa iurisdictionis earundem ditionum, aliqua detrimenta patiantur, providere voleat, ac de tua fide, prudentia, integritate, doctrina & religionis zelo plurimum Domino confisi: Tibi ut ad beneplacitum nostrum quamcumque iurisdictionem contentiosam infra limitibus legationis, eidem Nuncio pro tempore existenti, de iure, usu, consuetudine, aut in vim quarumcumque facultatum, & indulgentiarum apostolicarum quemadmodum libet competentem, & alias eisdem modo, & forma, quibus Nuncius huiusmodi in dicta legatione existens potest, ex-*

exercere libere & licite possis, & valeas apostolica auctoritate, tenore presentium plenam & amplam facultatem concedimus, & impartimur. non obstantibus apostolicis, ac in vniuersalibus, provincialibusque & Synodalibus Concilijs editis generalibus vel specialibus constitutionibus & ordinationibus ceterisque contrarijs quibuscumque.

11. Iurisdic-
tio tribuitur
quæ ex of-
ficio com-
petit, non
quæ ex
speciali
concessio-
ne aliquan-
do data
fuit.

Tribuit hoc Breue exercitium contentiosæ iurisdictionis qualiscumque competijt Nuncio Belgij pro tempore existenti: non qualis speciatim his vel illis fuit tributa. nam si qua his vel illis Nunciorum personis facultas fuit concessa specialiter; significat generalem commissionem eo non extendi. sed regulam esse contrariam. *c. presenti. §. loca. de præbend. in 6.*

Dixi; Nuncio Belgij pro tempore existenti: ijs enim verbis vtitur Breue in dispositiuo: vt in narratio his; *Archiepiscopus C. Nuncij munere functus fuit*: iterum in dispositiuo: modo & forma quibus Nuncius huiusmodi (nota in d. legatione existens potest iterum nota) exercere possit. significat ergo facultatem, quæ officio, muneri, seu nunciaturæ competat: non quæ personæ alicui specialiter tributa fuerit. alioquin diceret, *potuit*. quippe tum Nuncius aliquis non erat, sed ad Urbem redierat. facultatem ergo muneri, officio, administrationi Nuncij, vt talis, concessam tribuit: non verò singulariter personis indultam. quæ non abit in consequentiam. *c. 7. & 28. de regul. iur. in 6.*

Non obstant ea verba; aut in vim quarumcumque facultatum & indulgentiarum apostolicarum quomodolibet competentem; quia rursus præcedunt illa verba; eadem Nuncio pro tempore existenti, id est, quæ nunciaturæ, officio, muneri concessam denotant; non personis indultam.

Minus obstant illa verba; de iure, vsu, consuetudine. & quod Nuncio Belgij vti ita consueuerint: quia quæ fecerunt in vim specia-

lium mandatorum, seu concessionum; non transeunt in vsus, & consuetudines. quarum omnis auctoritas est à sola longæuitate temporis: non verò à mandatis, placitisque Principum. ius enim est non scriptum consuetudo; vsus, mores. *c. mos est. c. consuetudo. dist. 1. in v. de moribus tantum tracta. & vbi desinit lex. c. veritate. d. 8. in v. consuetudinem ratio, & veritas. semper excludit. c. in his rebus. dist. 11. vt si qui de vsu, aut consuetudine testentur, præmittere debeant sibi constare Nuncios in facultatibus hoc illudue non habuisse expressum; sic tamen, vel sic vti consueuisse.*

Quare etiam si quibusdam Belgij Nuncijs specialiter fuerit concessum, vt rescripta ipsi dare possent, & delegare causas appellationum à Iudicibus ab ipsa Sede apostolica delegatis interpositarum; tamen id est contra ius commune. *c. Auduisti. X. de off. legat. sicut aduersus eius sententiam, qui vice Principis cognouit, solus Princeps restituit. l. aduersus C. si aduersus rem in d. l. 1. C. vbi & apud quem. l. illi à quo. §. tempus. D. ad Trebell. l. 3. §. tractemus. D. de arbit. c. innotuit. X. de elect. vt par in parem non exerceat imperium: sed in his omnibus casibus, inquit d. §. tempestiuum, atque similibus principale auxilium implorandum est. quare & pro regula habetur, vt commissiones semel in Curia Romana signatæ, semper maneant curiales: & postquam S. Pontifex semel manum apposuit, vt nemo se possit intromittere. *c. 1. & 2. X. de confirm. vtil. vel inutil.* Dicitur etiam vltimus Nuncius asseruisse huiusmodi facultatem sibi non fuisse tributam, & si quid secus fuerit expeditum, per sub & obreptionem fuisse obtentum, & si quid huiusmodi foret ex vsu recipiendum, tamen vsus vltimus esset sequendus: *c. cum de benef. de præb. in 6. & vbi is varius est, neuter seruandus; sed ius commune.**

2. Internuncius non potest recipere appellationes interpositas à delegatis ab ipsa Sede.

Mynsing. cent. 6. obs. 42.

3. *Specialis concessio excipitur: sed illa exhibenda est.*
 Excipit d. c. *studuisti*; nisi super hoc mandatum specialiter receperit. Id porro docere debet. l. 1. c. *de mand. princ. l. observare. §. hoc etiam D. de off. proconsul. glossa in c. nobilissimus dist. 97. Gambarus, tract. de off. legat. l. 1. §. qualiter legatus se gerere debeat cum provinciam est ingressus. n. 3. c. cum in iure X. de off. delegat. c. 2. X. de dilat. sic & in Authent. de collator. §. eos. missi à Principe pro fiscalibus exactionibus inchoare non possunt officium; nisi prius, inquit, provinciali iudicio insinuauerint impostas sibi de hoc insiones. alias posset eis resisti, inquit Iuscius in verb. delegato: & alijs non creditur, nisi constet de delegatione. concl. 154. n. 19. si non presentem literas sue facultatis Praesidi provinciae, ut hodie dari solent à Papa Legatis seu Nuncijs literæ creditiæ: ipsæque ita exhibitis, eis credi quoad ea, quæ iure legationis, seu nunciaturæ competunt, neque tendunt in præiudicium tertij, in ijs autem, quæ legatis sunt prohibita, nec veniunt iure legationis, sed requirunt mandatum speciale, non creditur: nisi doceant de mandato. idem Iusc. v. legato. concl. 160. post plures quos citat, quod eo magis dicendū est, quod & reg. 13. Cancell. reuocauerit etiam facultates Nuncijs concessas, officia ipsorum directè non concernentes.*

Cum igitur sine speciali mandato Inter-Nuncius non possit se immiscere causæ ab ipsa Sede Apostolica semel delegatæ; nec ei per hoc Breue aliquid sit datum, quod non iure muneris competat, nec aliud apud regium Concilium, vel Episcopos exhibitum, in Acta & Archiua relatum inueniatur; atque mandati fines diligenter sint obseruandi; eorumdemque excessus nullitatem inducat, c. venerabili sub fin. X. de off. deleg. c. cum dilecta. X. de rescript. c. cui de non sac. de prob. in 6. dicendum est utique, quæ secus acta, commissæ, delega-

4. *Excessus commissio- nis inducit nullitatem.*

taue sunt, nullius esse momenti, impune non pareri, si qui supra iurisdictionem suam veli in dicere, inquit lex vlt. D. de iurisdic. om. iud. eoque in casu præfenti magis, quod, etsi controuertatur an aliqua Nuncijs iure sui muneris sit exemptos iurisdictioni; tamen differt ab omni autoritate legatorum per: priuilegia exempti sunt illi, de quibus hic queritur. Ac multo magis à reo abscissum est, quando Inter-Nuncius ipse censuram inflixerat, ab eoque ad Sedem Apostolicam appellatū erat, & illa causam alteri delegatæ, ipsæque cum de nullitate acta Inter-Nuncijs damnasset, ab hoc rursus provocaretur; ipse appellationem huiusmodi recepit; & alteri delegauit. non tantum ex supra dicta quod appellatio definiatur ab inferiori Iudice ad superiorem provocatio; & hi fuerint pares, d. c. *studuisti*. imò cum, ut videtur, dicitur generi per speciem derogetur, in ea speciali causa superior: *scilicet quia. X. de off. delegat.* sed etiam quod ad illum ipsum trahitur causa, à quo ante provocatum fuit, cuius officium finitum fuerat, mox atque semel pronunciarat bene, siue malè; ac sententiam suam executus fuerat. c. in literis. X. de off. deleg.

De rerum permutacione.

RESPONSVM I.

An vicaria perpetua permutatio fieri possit sine assensu parochi primitiui?

Regulariter beneficia inuicem sine fraude permutare est permittum. c. vn. de rer. permutat. in 6. in verb. sua beneficia permutare volentes liberè & sine fraude ipsi respondent, & nolimus vilitatem impediri, quia tamen resignari, & inuicem